Dum igitur hoc influeret foelici irradiatione constellatio Saturnenum cum
luminaribus aliquid subiectum metallum aptatum fusum extinctum influxuq per calorem
activo preditum quod habitibus aeternum receptum detentum fuerat aptato loco et
circumstantijs per expressionem tum omnia perfecta per impressionem.
Subiectus etiam magros per calorem irradiabatur
Ut hoc influxu ad scientiar studia habilitarentur adiuvarentur facilitarentur
et predicta bona obtinerent usu

His peractis solitis incumbebant cum ardentiores in suis studijs noia sibi studiosa
(ut in ceteris fit Academijs) aptare et emblemata loco insignium tum particularia tum
comune unicum accipere

Lynceam Academiam apellarunt ex lynceo aiatium omnium oculatissimo cum enim in
suis speculatione max.e opus sit ea se in mente ui preditos debere esse cognoscentes qua linx
in corpore dotatur cum eius academia noie et se ipsos indigetarunt Lynceos.
Idcirco in comuni Academie emblemate subiectum tricapitem Cerberum a Lynce laniatum
pinxere facilia sibi infima et sublunaria quippe que omnium nostrorum sensuum mentali laniena
subijciuntur demonstrantes, non ita superiora ob id speculatur Lynx stellas et coelestia
tota obtutu acie adest id denotans inscriptio |sagacius ista| ita et duplicia entia complexi
natia et transnaturalia cum hisq omnes scibiles.

Ex Particularibus vero insignibus et noibus p.o Frid.cus Cesius Aquilam elementarem detine-
tem unguibus globum Solem et stellas reliquas aspicientem sibi cum inscriptione |Utrumq|
depinxit se tam naturaliaq pre manibus habens quam superna quas longe et non nisi
Aquilino oculo aspicimus pro suis viribus Contemplaturum, indicans apellatusq est |
Coelivagus Lynceus.

Joannes autem Heckius Luna phoebeo per trigonum illuminata radio paulatim lumina
recipientem sibi ~~proposuit~~ cum schedula notata ita |a patre luminum| proposuit ut sicuti
materialium pater luminum in cunctis sol est, ita superne illius lucis Deus auctor, a quo omnem
mentis nostre illuminatione requirimus et expectamus habentesq ab illo recognoscimus. quobrem ipse
vocatus est Illuminatus Lynceus.

Franciscus Stellutus Saturnium astrum in emblemate accepit eius indicans influxum spe-
culationis vim haberi et non nisi longo cum tempore ~~et~~ sapientie metam attingi unde
in schemate scripsit |Quo serius eo citius| apellavitq se Tardigradum Lynceum
Anastasius Philius, Lunam eclipsim patientem luminisq destitutam pro insigni sibi ani-
sit et se scientia qua tunc non imbutus erat pristina abeunte rudilie nullo pretermis-
so ad hoc labore potituram unde ~~nomini~~ schedula addidit |Spero lucem| et voca-
vit se Eclipsatum Lynceum.

Ita primis sapientie flosculis delectabantur grandescebat animus novis
ferventior ac validior quotidie reddebatur ut a nullis etiamsi maxime arduis
abstinerent ast vires e tirocinio vix egressis longe cedebant.

Tum si aliqua ad studia occasio utilis contingebat invigilabant nec ullo modo pre-
termittere sed usu omnia ad hoc possibilia tentare, procedebat planisferij
structura omnium manuali et mentali labore fabrefacta qua ad ipsum exemplar coelum
oculos attollere comonefacti precipuasq quasq et maxime ad scientiam venturas con-
stellationes observabant

Unde eloquiorum ac ingenij duce mercurio foelici in loco reperto eius irradiationem
nullo modo temnendam ast in aptis sublunaribus apte et congrue recipiendam
duxere quod iungrato per computationem die et hora a que factum
ac statutum fuit caliter coelo affecto